

# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

## Saibacher Dioecesanblatt.

Št. VII.

Vsebina: 42. Epistola encyclica de unitate ecclesiae (Continuatio). — 43. Weisung in Betreff der Pfarrarchive. — 44. Congrua des Cooperators. — 45. Konkurnzi razpis. — 46. Škofijska kronika.

1896.

42.

Venerabilibus fratribus patriarchis primatibus archiepiscopis episcopis aliisque locorum ordinariis pacem et communionem cum apostolica sede habentibus

LEO PP. XIII.

(Continuatio.)

Quae vero et cuiusmodi summa ista potestas sit, cui christianos parere oportet universos, non aliter nisi comperta cognitaque voluntate Christi statuendum. Certe in aeternum rex Christus est, itemque moderari in aeternum tuerique regnum suum e caelo non visus perseverat: sed quia conspicuum illud esse voluit, designare debuit qui gereret in terris vices suas, postea quam ipse ad caelestia rediisset: *Si quis autem dicat quod unum caput et unus pastor est Christus, qui est unus unius Ecclesiae sponsus, non sufficienter respondet. Manifestum est enim, quod ecclesiastica sacramenta ipse Christus perficit: ipse enim est qui baptizat, ipse est, qui peccata remittit, ipse est verus sacerdos, qui se abtulit in ara crucis, et cuius virtute corpus eius in altari quotidie consecratur; et tamen quia corporaliter non cum omnibus fidelibus praesentialiter erat futurus, elegit ministros, per quos praedicta fidelibus dispensaret, ut supra (cap. 74) dictum est. Eadem igitur ratione, quia praesentiam corporalem erat Ecclesiae subtracturus, oportuit ut alicui committeret qui loco sui universalis Ecclesiae gereret*

*curam. Hinc est quod Petro dixit ante ascensionem: Pasce oves meas.<sup>1)</sup> Iesus Christus igitur summum rectorem Ecclesiae Petrum dedit, idemque sanxit ut eiusmodi magistratus saluti communi ad perennitatem institutus, ad successores haereditate transferretur, in quibus Petrus ipse esset auctoritate perpetua superstes. Sane insigne illud promissum beato Petro fecit, praeterea nemini: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.<sup>2)</sup> — Ad Petrum locutus est Dominus: ad unum, ideo ut unitatem fundaret ex uno.<sup>3)</sup> — Nulla siquidem oratione praemissa . . . tam patrem eius, quam ipsum nomine appellat (beatus es Simon Bar Iona), et Simonem eum non iam vocari patitur, eum sibi pro sua potestate iam tum ut suum vindicans, sed congrua similitudine Petrum a petra vocari placuit, puta super quem fundatarus erat suam Ecclesiam.<sup>4)</sup> Quo ex oraculo liquet, Dei voluntate**

<sup>1)</sup> S. Thomas, Contra gentiles lib. IV, cap. 76.

<sup>2)</sup> Matth. 16, 18.

<sup>3)</sup> S. Pacianus, Ad Sempronium ep. III, n. 11.

<sup>4)</sup> S. Cyrillus Alexandrinus, In Evang. Ioan. lib. II, in cap. 1, v. 42.

iussuque Ecclesiam in beato Petro, velut aedes in fundamento, consistere. Atqui fundamenti propria natura et vis est, ut cohaerentes efficiat aedes variorum coagmentatione membrorum, itemque ut operi sit necessarium vinculum incolumitatis ac firmitudinis: quo sublato, omnis aedificatio colabitur. Igitur Petri est sustinere Ecclesiam tuerique non solubili compage connexam ac firmam. Tantum vero explere munus qui possit sine potestate iubendi, vetandi, iudicandi, quae vere proprieque *iurisdictio* dicitur? Profecto non nisi potestate iurisdictionis stant civitates resque publicae. Principatus honoris ac pertenuis illa consulendi monendique facultas, quam *directionem* vocant, nulli hominum societati admodum prodesse neque ad unitatem neque ad firmitudinem queunt. Atque hanc, de qua loquimur, potestatem illa declarant et confirmant: *Et portae inferi non praevalent adversus eam. — Quam autem eam? an enim petram supra quam Christus aedificat Ecclesiam? an Ecclesiam? Ambigua quippe locutio est: an quasi unam eandemque rem, petram et Ecclesiam? Hoc ego verum esse existimo, nec enim adversus petram, super quam Christus Ecclesiam aedificat, nec adversus Ecclesiam portae inferi praevalent.*<sup>1)</sup> Cuius divinae sententiae ea vis est: quaecumque visi invisique hostes vim, quascumque artes adhibuerint, numquam fore ut fulta Petro Ecclesia succumbat, aut quoquo modo deficiat: *Ecclesia vero tamquam Christi aedificium, qui sapienter aedificavit „domum suam supra petram“, portarum inferi capax non est, praevalentium quidem adversus quemcumque hominem, qui extra petram et Ecclesiam fuerit, sed invalidarum adversus illam.*<sup>2)</sup> Ergo Ecclesiam suam Deus idcirco commendavit Petro, ut perpetuo incolumem tutor invictus conservaret. Eum igitur auxit potestate debita: quia societati hominum re et cum effectu tuendae, ius imperii in eo qui tuetur est necessarium. Illud praeterea Iesus adnexuit: *Et tibi dabo claves regni caelorum.* Plane loqui de Ecclesia pergit, quam paulo ante nuncuparat suam, quamque ipsam velle se in Petro dixit, tamquam in fundamento, statuere. Expressam non modo aedificii, sed etiam *regni* imaginem gerit Ecclesia: ceteroqui insigne

usitatum imperii claves esse, nemo nescit. Quapropter *claves regni caelorum* cum Iesus dare Petro pollicetur, potestatem et ius in Ecclesiam pollicetur daturum: *Filius vero et Patris et sui ipsius cognitionem per totum orbem illi (Petro) disseminari commisit, ac mortali homini omnem in caelo potestatem dedit, dum claves illi tradidit, qui Ecclesiam per totum orbem terrarum extendit, et caelis firmiter monstravit.*<sup>1)</sup> Concinnant cetera: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis.* Ligandi solvendique translata locutio ius ferendarum legum, item iudicandi vindicandique designat potestatem. Quae quidem potestas tantae amplitudinis virtutisque dicitur fore, ut quaelibet decreta eius rata sit habiturus Deus. Itaque summa est planeque sui iuris, quippe quae nullam habet in terris superiorem gradu, Ecclesiamque totam et quae sunt Ecclesiae commissa, universa complectitur.

Promissum exsolvitur, quo tempore Christus Dominus, post anastasim suam, cum ter a Petro, num se dilligeret plus quam ceteri, quaesisset, praecipientis in modum ei, *Pasce, ait, agnos meos . . . pasce oves meas.*<sup>2)</sup> Nimirum quotquot essent in ovili suo futuri, omnes illi velut pastori committit: *Dominus non dubitat, qui interrogat, non ut disceret, sed ut doceret, quem elevandus in caelum amoris sui nobis velut vicarium relinquebat. . . . Et ideo quia solus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur . . . perfectiores ut perfectior gubernaret.*<sup>3)</sup> Illa vero sunt pastoris officia et partes, gregi se praebere ducem, eundemque sospitare salubritate pabulorum, prohibendo pericula, cavendo insidias, tutando a vi: brevi, regendo gubernando. Cum igitur Petrus est gregi christianorum pastor impositus, potestatem accepit gubernandi omnes homines, quorum saluti Iesus Christus profuso sanguine prospexerat: *Cur sanguinem effudit? Ut has emeret oves, quas Petro et successoribus eius tradidit.*<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> S. Iohannes Crisostomus, Hom. LIV in Matth. n. 2.

<sup>2)</sup> Io. 21, 16. 17.

<sup>3)</sup> S. Ambrosius, Exposit. in Evang. secundum Lucam lib. X, n. 175. 176.

<sup>4)</sup> S. Iohannes Crisostomus, De Sacerdotio lib. II.

<sup>1)</sup> Origenes, Comment. in Matth. tom. XII, n. 11.

<sup>2)</sup> Ibid.

Quoniamque immutabilis communione fidei christianos omnes oportet esse invicem coniunctos, idcirco suarum virtute precum Christus Dominus impetravit Petro, ut in gerenda potestate numquam fide laberetur: *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*<sup>1)</sup> Eidem praeterea mandavit ut, quoties tempora postularent, ipse impertiret fratribus suis lumen animi et robur: *Confirma fratres tuos.*<sup>2)</sup> Quem igitur fundamentum Ecclesiae designarat, eundem esse vult columnen fidei: *Cui propria auctoritate regnum dabat, huius fidem firmare non poterat, quem cum petram dicit, firmamentum Ecclesiae indicavit?*<sup>3)</sup> Hinc ipse Iesus certa quaedam nomina, magnarum indicia rerum, quae sibi potestate sunt propria, voluit esse Petro secum participatione communia<sup>4)</sup>, nimirum ut ex communione titulorum appareret communio potestatis. Ita ipse, qui *lapis est angularis, in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino*<sup>5)</sup>, Petrum velut lapidem statuit, quo fulsa esse Ecclesia deberet. *Cum audisset „petra es“ praeconio nobilitatus est. Quamquam autem petra est, non ut Christus petra, sed ut Petrus petra. Christus enim essentialiter petra inconcussa; Petrus vero per petram. Nam Iesus dignitates suas largitur, nec exhauritur. . . . Sacerdos est, facit sacerdotes . . . petra est, petram facit.*<sup>6)</sup> Rex idem Ecclesiae, qui *habet clavem David: qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit*<sup>7)</sup>, traditis Petro clavibus, principem christianae reipublicae declaravit. Pariter pastor maximus, qui se ipse pastorem bonum nuncupat<sup>8)</sup> agnis atque ovibus suis pastorem Petrum praeposuit: *Pasce agnos, pasce oves.* Quare Chrysostomus: *Eximius erat inter Apostolos, et os discipulorum et coetus illius caput. . . . Simul ostendens ei, oportere deinceps fidere, quasi abolita negatione, fratrum ei praefecturam committit. . . . Dicit autem: Si amas me, fratribus praesto.*<sup>9)</sup> Demum qui confirmat in omni opere et sermone

*bono*<sup>1)</sup>, mandavit Petro ut confirmaret fratres suos. Iure igitur Leo magnus: *De toto mundo unus Petrus eligitur, qui et universarum gentium vocationi et omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiae patribus praeponatur: ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus.*<sup>2)</sup> Itemque Gregorius magnus ad Imperatorem Mauritium Augustum: *Cunctis evangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto et omnium Apostolorum Petro principi Apostolo totius Ecclesiae cura commissa est. . . . Ecce claves regni caelestis accepit, potestas ei ligandi ac solvendi tribuitur, et cura ei totius Ecclesiae et principatus committitur.*<sup>3)</sup>

Eiusmodi autem principatum, quoniam constitutione ipsa temperationeque Ecclesiae, velut pars praecipua, continetur, videlicet ut principium unitatis ac fundamentum incolumitatis perpetuae, nequaquam cum beato Petro interire, sed recidere in eius successores ex alio in alium oportuit: *Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit.*<sup>4)</sup> Quare Pontifices, qui Petro in episcopatu romano succedunt, supremam Ecclesiae potestatem obtinent iure divino. *Definimus, sanctam Apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Petri, principis Apostolorum, et verum Christi vicarium totiusque Ecclesiae caput, et omnium christianorum patrem ac doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum et in sacris canonibus continetur.*<sup>5)</sup> — Similiter concilium Lateranense IV: *Romana Ecclesia . . . disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum Christifidelium et magistra.* Antecesserat consensus antiquitatis, quae episcopos romanos sine ulla dubitatione sic semper observavit et coluit ut beati Petri legitimos suc-

<sup>1)</sup> Luc. 22, 32.

<sup>2)</sup> Ibid.

<sup>3)</sup> S. Ambrosius, De Fide lib. IV, n. 56.

<sup>4)</sup> S. Leo M., Sermo IV, cap. 2.

<sup>5)</sup> Eph. 2, 21.

<sup>6)</sup> Hom. de Poenitentia n. 4, in appendice opp. S. Basilii.

<sup>7)</sup> Apoc. 3, 7.

<sup>8)</sup> Io. 10, 11.

<sup>9)</sup> Hom. LXXXIII in Ioan. n. 1.

<sup>1)</sup> 2 Thess. 2, 16.

<sup>2)</sup> Sermo IV, cap. 2.

<sup>3)</sup> Epistolarum lib. V, epist. 20.

<sup>4)</sup> S. Leo M., Sermo III, cap. 3.

<sup>5)</sup> Concilium Florentinum.

cessores. Quem vero lateat quot in eandem rem extent et quam luculenta sanctorum patrum testimonia? Illud valde praeclarum Irenaei qui cum de Ecclesia romana dissereret, *ad hanc enim, inquit, Ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam.*<sup>1)</sup> Ac Cyprianus itidem de Ecclesia romana affirmat, eam esse *Ecclesiae catholicae radicem et matricem*<sup>2)</sup>, *Petri Cathedram atque Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est.*<sup>3)</sup> *Cathedram* Petri appellat quippe quam insidet Petri successor: *Ecclesiam principalem* ob principatum Petro ipsi et legitimis successoribus collatum: *unde unitas exorta, quia in christiana republica caussa efficiens unitatis est Ecclesia romana.* Quare Hieronymus iis verbis Damasum affatur: *Cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. . . . Beatitudini tuae, id est Cathedrae Petri communionem consocior. Super illam petram aedificatam Ecclesiam scio.*<sup>4)</sup> Sollemne illi est, catholicum hominem ex coniunctione cum romana Petri sede internoscere: *Si quis Cathedrae Petri iungitur, meus est.*<sup>5)</sup> Neque absimili ratione Augustinus, palam testatus, *in romana Ecclesia semper Apostolicae cathedrae viguisse principatum*<sup>6)</sup>, negat esse catholicum, quicumque a fide romana dissentiat: *Non crederis veram fidem tenere catholicam, qui fidem non doces esse servandam romanam.*<sup>7)</sup> Item Cyprianus: *Communicare cum Cornelio, hoc est cum catholica Ecclesia communicare.*<sup>8)</sup> Similiter Maximus Abbas hanc verae fidei veraeque communionis notam esse docet, subesse Pontifici romano: *Itaque si vult haereticus non esse neque audire, non isti aut illi satisfaciat. . . . Festinet pro omnibus sedi romanae satisfacere. Hac enim satisfacta, communiter ubique omnes pium hunc et orthodoxum praedicabunt. Nam frustra solummodo loquitur, qui mihi similes suadendos putat, et non satisfacit et implorat sanctissimae romanorum Ecclesiae beatissimum Papam, id est Apostolicam Sedem. Cuius rei causam rationemque in eo affirmat residere, quod*

*ab ipso incarnato Dei Verbo, sed et omnibus sanctis synodis, secundum sacros canones et terminos, universarum quae in toto terrarum orbe sunt sanctarum Dei Ecclesiarum in omnibus et per omnia percepit et habet imperium, auctoritatem et potestatem ligandi et solvendi. Cum hoc enim ligat et solvit, etiam in caelo Verbum, quod caelestibus virtutibus principatur.*<sup>1)</sup> Quod igitur erat in fide christiana, quod non una gens, aut una aetas, sed aetates omnes, et Oriens pariter atque Occidens agnoscere atque observare consueverat, id meminit, nullo contradicente, ad Ephesinam Synodum Philippus presbyter, a Pontifice legatus: *Nulli dubium est, imo saeculis omnibus notum, quod sanctus beatissimusque Petrus, Apostolorum princeps et caput, fideique columna et Ecclesiae catholicae fundamentum, a Domino nostro Iesu Christo, salvatore humani generis ac redemptore, claves regni accepit, solvendique ac ligandi peccata potestas ipsi data est, qui ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus vivit et iudicium exercet.*<sup>2)</sup> Eademque de re in omnium cognitione versatur Concilii Chalcedonensis sententia: *Petrus per Leonem . . . loquutus est*<sup>3)</sup>: cui vox Concilii Constantinopolitani III resonat, tamquam imago: *Summus nobiscum concertabat Apostolorum princeps: illius enim imitatore et Sedis successorem habuimus fautorem . . . charta et atramentum videbatur, et per Agathonem Petrus loquebatur.*<sup>4)</sup> In formula catholicae professionis ab Hormisda conceptis verbis, ineunte saeculo sexto, proposita, cui tum Iustinianus Imperator, tum Epiphanius, Ioannes, et Menna Patriarchae subscripserunt, illud est magna vi sententiarum declaratum: *Quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam . . . haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolica citra maculam semper est catholica servata religio.*<sup>5)</sup> Nolumus quidem persequi singula: libet tamen formulam fidei meminisse, quam Michael Palaeologus in Concilio Lugdunensi II professus est: *Ipsa quoque sancta romana Ecclesia summum et plenum primatum et*

<sup>1)</sup> Contra haereses lib. III, cap. 3, n. 2.

<sup>2)</sup> Ep. XLVIII, ad Cornelium, n. 3.

<sup>3)</sup> Ep. LIX, ad eumd., n. 14.

<sup>4)</sup> Ep. XV, ad Damasum, n. 2.

<sup>5)</sup> Ep. XVI, ad eumd., n. 2.

<sup>6)</sup> Ep. XLIII, n. 7.

<sup>7)</sup> Sermo CXX, n. 13.

<sup>8)</sup> Ep. LV, n. 1.

<sup>1)</sup> Defloratio ex epistola ad Petrum illustrem.

<sup>2)</sup> Actio III.

<sup>3)</sup> Actio II.

<sup>4)</sup> Actio XVIII.

<sup>5)</sup> Post Epistolam XXVI, ad omnes episc. Hispan., n. 4.

*principatum super universam Ecclesiam catholicam obtinet, quem se ab ipso Domino in beato Petro, Apostolorum principe sive vertice, cuius Romanus Pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter et humiliter recognoscit. Et sicut prae ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si quae de fide subortae fuerint quaestiones, suo debent iudicio definiri.*<sup>1)</sup>

Si Petri eiusque successorum plena ac summa potestas est, ea tamen esse ne putetur sola. Nam qui Petrum Ecclesiae fundamentum posuit, idem elegit duodecim . . . quos et Apostolos nominavit.<sup>2)</sup> Quo modo Petri auctoritatem in romano Pontifice perpetuam permanere necesse est, sic Episcopi, quod succedunt Apostolis, horum potestatem ordinariam haereditate capiunt; ita ut intimam Ecclesiae constitutionem ordo episcoporum necessario attingat. Quamquam vero neque plenam neque universalem ii neque summam obtinent auctoritatem, non tamen vicarii romanorum Pontificum putandi, quia potestatem gerunt sibi propriam, verissimeque populorum, quos regunt, antistites *ordinarii* dicuntur.

Verum quia successor Petri unus est, Apostolorum permulti, consentaneum est perspicere quae sint istorum cum illo, divina constitutione, necessitudines. — Ac primo quidem coniunctionis episcoporum cum eo qui Petro succedit, non obscura est neque dubia necessitas: hoc enim soluto nexu, solvitur ac diffluit multitudo ipsa christianorum, ita plane ut nullo pacto queat unum corpus conflare

<sup>1)</sup> Actio IV.

<sup>2)</sup> Luc. 6, 13.

unumque gregem: *Ecclesiae salus in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non exors quaedam et ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesia efficientur schismata, quot sacerdotes.*<sup>1)</sup> Idcirco ad id praestat advertere animum: nihil esse Apostolis seorsum a Petro collatum; plura seorsum ab Apostolis ac separatim Petro. Ioannes Chrysostomus in Christi edisserenda sententia (Ioan. 21, 15) cum percontatus esset: *Cur, aliis praetermissis, de his Christus Petrum alloquitur?* omnino respondet: *Eximius erat inter Apostolos, et os discipulorum, et coetus illius caput.*<sup>2)</sup> Hic enim unus designatus a Christo est fundamentum Ecclesiae: ipsi *ligandi copia solvendique* permissa, eidemque *pascendi* data potestas uni. Contra quidquid auctoritatis ac muneris acceperunt Apostoli, coniuncte cum Petro acceperunt: *Divina dignatio siquid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit.*<sup>3)</sup> *Ut cum multa solus acceperit, nihil in quemquam sine ipsius participatione transierit.*<sup>4)</sup> Ex quo plane intelligitur, excidere episcopos iure ac potestate regendi, si a Petro eiusve successoribus scientes secesserint. Nam a fundamento, quo totum debet aedificium niti, secessione divelluntur; itaque exclusi *aedificio* ipso sunt: ob eandemque causam ab *ovili* seiuncti, cui dux est pastor maximus, *regnoque* extorres, cuius uni Petro datae divinitus *claves*. (Continuabitur.)

<sup>1)</sup> S. Hieronymus, Dialog. contra Luciferianos n. 9.

<sup>2)</sup> Hom. LXXXVIII in Ioan. n. 1.

<sup>3)</sup> S. Leo M., Sermo IV, cap. 2.

<sup>4)</sup> Ibid.

## Weisung in Betreff der Pfarrarchive.

Die k. k. Landesregierung hat unterm 10. December 1895, Z. 16065, nachstehende Note anher gerichtet:

Laut Erlasses Seiner Excellenz des Herrn Ministers für Cultus und Unterricht vom 7. v. M., Z. 1681 C.-U.-M., wird zufolge eines im k. k. Archivrathe erstatteten Referates besonders auf dem Lande der Aufbewahrung der alten Pfarrmatriken und sonstigen Pfarrarchivalien nicht immer die erforderliche Sorgfalt zugewendet.

Es wurde hervorgehoben, daß oft hiezu feuchte und auch sonst ganz ungeeignete Localitäten verwendet werden, so

daß eine Menge sehr wichtigen Materiales nur infolge mangelhafter Aufbewahrung zugrunde geht. Das Interesse, welches diesen Archivalien seitens der mit ihrer Obhut betrauten Functionäre entgegengebracht wird, ist in vielen Fällen ein nur geringes und es kann demnach nicht Wunder nehmen, wenn auch das vorhandene Archivmateriale sich öfters in einem Zustande der Verwahrlofung befindet.

Der k. k. Archivrath hat schon die Intervention des Ministers für Cultus und Unterricht zu dem Zwecke in Anspruch genommen, daß auf Grund der von den allge-

meinen kirchlichen Normen sowie auch von einzelnen Diöcesan-synoden bereits wiederholt verfügten bezüglichlichen Anordnungen die pfarrlichen Archivalien insbesondere auf dem Lande besser, zweckmäßiger und leichter benützlich verwahrt werden.

Indem das Ordinariat dieses dem hochwürdigen Diöcesan-cesantlerus zur Kenntnis bringt, bemerkt es im Gegenstande Folgendes:

1. Daß wenigstens in den größeren, volkreicheren Pfarren ein eigenes Pfarrarchivlocale bestche, ist jedenfalls im höchsten Grade zu wünschen. Das Vorhandensein eines solchen ist in der Ordinariats-Verordnung vom 26. März 1876, Nr. 440, betreffend das Promemoria über den Zustand der zu visitierenden Pfarre, ausdrücklich vorausgesetzt (v. Diöcesanblatt 1876, Nr. 6. III. Titel III. Seite 90, „hinsichtlich des Pfarrarchives“).

Leider ist der Zustand vieler Pfarrhöfe ein derartiger und der Fassungsraum derselben ein so geringer, daß der Bestand eigener Archivlocale im vorhinein ausgeschlossen erscheint.

Deshalb wird man sich damit begnügen müssen, daß eventuell bei Pfarrhof-Neubauten, bei Um- oder Vergrößerungsbauten auf Herstellung eines eigenen Archivlocales thunlichst Bedacht genommen werde. In dieser Beziehung kann aber freilich das Ordinariat die Bemerkung nicht unterdrücken, daß gerade jener Factor, der laut obcitirten Erlasses auf eine bessere Ordnung des Archivwesens dringt, dieselbe häufig unmöglich macht, indem erfahrungsgemäß gerade dort, wo die Ausübung des Patronatsrechtes dem Staate zusteht, die Patronatsbeiträge zu Bauzwecken äußerst karg zu sein pflegen und nur zu häufig das Bestreben hervortritt, die Baukosten auf die Schultern der übrigen Bauconcurrentenpflichtigen zu überwälzen.

2. Was die Beschaffenheit der Archivlocale betrifft, so ist dieselbe gleichfalls in oberwähnter Ordinariats-Verordnung angedeutet, indem verlangt wird, daß sich das Archiv „in einem trockenen und feuer sichereren Orte befinde“.

Dieser Forderung entsprechend, wird das betreffende Locale einzuwölben, wenn im Erdgeschosse gelegen, nach Thunlichkeit auch zu unterkellern oder doch sonst gegen Nässe und Feuchtigkeit zu schützen sein. Ist die Anbringung eiserner Fensterbalken und Thüren, thunlichst in Steinfutter versetzt, nicht möglich, so sollen dieselben doch wenigstens mit Eisenblech beschlagen sein. Ebenso empfiehlt sich statt des hölzernen Fußbodens ebenfalls ein Estrichbelag, was namentlich bei solchen Archivlocalitäten, die zu ebener Erde untergebracht sind, einer Schwierigkeit kaum unterliegen kann.

Nicht zu übersehen ist, daß die in den Archivlocalen aufgestellten Ofen von außen, und nicht von innen zu heizen sein sollen.

Von Wichtigkeit ist es ferner, daß die Fenster und Thüren so angebracht seien, daß eine ausgiebige Lüftung des Archivlocales stattfinden könne.

3. Wo die Herstellung eines eigenen Archivs nicht möglich ist, dort wird man sich mit einem bloßen Archiv-

kasten begnügen müssen. (Vide „Diöces.-Bl.“ 1876. 4. III. S. 59. P. 8. und Anm. zur Verw. des Kirchenverm. § 16.)

An den meisten Orten ist ein solcher bereits vorhanden und wird, wie man sich bei Gelegenheit der kanonischen Visitation überzeugen konnte, fast überall auch in guter Ordnung gehalten. Wo ein solcher jedoch noch nicht hergestellt ist, dort möge er nach Maßgabe der vorhandenen Mittel je eher desto besser auf Kosten der Kirchencasse angeschafft werden. Er gehört sodann zu den Pfründen-Inventar-Stücken und ist daher in dem betreffenden Inventare auch zu verzeichnen.

Zur Herstellung desselben ist festes, dauerhaftes, dem Wurmstich so wenig als möglich ausgefetztes Holz (am besten Eichenholz) zu verwenden.

Derselbe sei hinlänglich tief, und mit entsprechenden Fachabtheilungen, zu unterst allenfalls auch mit ein Paar Laden versehen. Insbesondere ist auch darauf zu achten, daß darin die Matriken- und sonstigen Amtsbücher commod untergebracht werden können.

4. Der Archivkasten soll womöglich im Arbeits- (Kanzlei-) Zimmer des Pfarrers stehen, wo aber ein eigenes Archivlocale besteht, in diesem untergebracht werden. Es muß dem eigenen Ermessen anheimgestellt bleiben, ob in letzterem Falle neben dem verschließbaren Archivkasten allenfalls auch noch offene Kästen (sog. Regale) angebracht werden. Wo die Archivalien zahlreich, empfiehlt sich letzteres jedenfalls wenigstens bezüglich der minder wichtigen Schriftstücke.

Zu wünschen wäre es, daß, wo ein eigenes Archivlocale nicht besteht und der Archivkasten daher gleich im pfarrlichen Kanzleizimmer untergebracht werden muß, wenigstens letzteres thunlich so beschaffen und eingerichtet sei, wie oben unter Punkt 2 angegeben ward.

Wo aber der Archivkasten vielleicht nicht einmal im pfarrlichen Kanzleizimmer Platz finden kann, sondern allenfalls in einem Vorraume (niemals jedoch in einem Dachraume!) aufgestellt werden muß, dort ist strenge darauf zu sehen, daß der Kasten jedesmal ordentlich geschlossen sei und daß der Schlüssel dazu im Kanzleizimmer verwahrt werde.

5. Gut geführte Archive sind von großer Wichtigkeit nicht nur für die Diöcesangeschichte, wie alle Jene aus unserem Klerus bezeugen werden, die sich in anerkannter Weise damit beschäftigen; sie sind oft geradezu ausschlaggebend für die Wahrung der kirchlichen Rechte. In letzterer Hinsicht kann man beispielsweise nicht selten auch noch heutzutage die Bemerkung hören, daß bei gar mancher Pfründe seinerzeit die Grundablösung ganz anders ausgefallen wäre, wenn man die amtlichen Aufzeichnungen genauer geführt, oder den vorhandenen besser nachgeforscht und sie gründlicher eingesehen hätte.

Es ist daher nicht zu wundern, wenn sich die Sorgfalt der höchsten kirchlichen Stellen, so eines Sixtus V. (Motu proprio »Provida Romani Pontificis circumspectio«, ddo 29. April. 1587.), des Conc. Rom. 1725. (Append. n. X.), Papst Benedikt XIII. (Const. »Maxima vigilantia« ddo 8. Kal. Jul. 1727.), wiederholt auch dem kirchlichen Archivwesen zu-

wendete. Es kann aber auch an sich, und von positiven kirchlichen Bestimmungen abgesehen, bei der oben hervorgehobenen Bedeutung guter Archive für die Wahrung kirchlicher Rechte keinem Zweifel unterliegen, daß es eine ernste Pflicht jedes Pfarrers und kirchlichen Beneficiaten ist, für den guten Stand des ihm anvertrauten Archives jederzeit gewissenhaft besorgt zu sein.

Diese seine Sorgfalt wird sich äußern in der gewissenhaften Führung seiner Kanzleigeschäfte, in der sorgfältigen Hinterlegung und Ordnung seiner Amtsschriften, und in der übersichtlichen Evidenz, die er darüber aufrechtzuhalten sich bestrebt.

6. Welcherlei Aufzeichnungen die **kirchlichen Kanzleigeschäfte** alles umfassen, braucht hier nicht weiter ausgeführt zu werden; das Diöcesanblatt gibt darüber wiederholt Aufschluß, sei es dort, wo es die periodischen Eingaben aufzählt, sei es bei Anführung der bei der kanon. Visitation dem Visitator vorzulegenden Nachweise (Diöc.-Bl. 1876. 6. II., und III. Titel: „Pfarrarchiv“), sei es im Anhang zu der „Amtsinstruction für die Bezirksdechante“ n. 7—9 (Diöcesan-Blatt 1882. 1. I.), sei es in der „Anweisung zur Verwaltung des Kirchen-, Stiftungs- und Pfründenvermögens“ u. s. f.

Auf einige Fehler bezüglich der vorgeschriebenen Aufzeichnungen muß jedoch hingewiesen werden. Es kommt nämlich vor, daß derlei Aufzeichnungen, zum Beispiel über persolvirte Stiftungs- oder Religionsfondsmessen, über die *missa pro populo*, über Stoleinnahmen, über Sammlungseinhebung, nicht in den amtlichen Ausweisen, sondern in privaten Hefen und Bücheln gemacht werden, die der Betreffende bei einer Uebersiedlung natürlich mit sich nimmt. Die Folge davon ist, daß der Nachfolger aus den allein vorhandenen amtlichen Verzeichnissen unmöglich constatiren kann, ob und inwieweit der Vorgänger seine Verpflichtungen erfüllt hat, ob die Stole berichtigt, die Sammlung bereits verabreicht ist, oder nicht. Bei einem Todefall ist die Schwierigkeit natürlich nur umso größer, und es kann vorkommen, daß an einen Verlass noch Forderungen erhoben werden, denen der Verstorbene schon längst gerecht geworden ist, deren Erfüllung aber aus den amtlichen Büchern und wegen Verschleppung der Privatpapiere desselben nun in keiner Weise mehr nachgewiesen werden kann. Es wird daher streng vorgeschrieben, daß alle derlei Nachweisungen in den amtlichen, auch im Falle eines Wechsels bei der Seelsorgestation verbleibenden Büchern verzeichnet werden.

Ein anderer Fehler ist, daß Manches als eine rein persönliche Angelegenheit betrachtet und daher auch als solche behandelt wird, was es im Grunde genommen nicht ist. So zum Beispiel betreffen Fassionen über Pfründeneinkünfte, Nachweisungen behufs Erwirkung eines Verschpferdbeitrages aus dem Titel der Beschwerlichkeit der Seelsorgestation und a. dgl. m. unmittelbar jedenfalls die Pfründe, resp. die Seelsorgestation, wenngleich dadurch mittelbar die persönlichen Bezüge des Pfründeninhabers, bzw. des Seelsorgers berührt

werden. Derlei Nachweisungen sollen daher aufbewahrt werden und im Pfarrarchive hinterlegt sein, widrigenfalls dem Nachfolger große Verlegenheit bereitet, vielleicht auch pecuniäre Schädigung verursacht werden kann. Ganz dasselbe gilt auch bezüglich der Nachweisungen in Betreff des Gebühren-Aequivalentes, der Religionsfondssteuer und ä., wovon die genauen Concepte gleichfalls vorhanden sein sollen, sollten nicht bei einer nächsten Nachweisung die ärgsten Schwierigkeiten entstehen, vielleicht auch empfindliche Geldstrafen zu Lasten des Kirchenvermögens oder des Pfründners incurriert werden.

7. Acten, wenn auch vorhanden, nützen jedoch nichts, wenn sie nicht ordnungsmäßig hinterlegt sind, sondern vielleicht an den verschiedensten Orten und in den verschiedensten Protokollen zerstreut herumliegen. Eine Folge solcher Unordnung ist, daß namentlich bei Todefällen die wichtigsten Actenstücke verloren gehen können. Es ist daher streng darauf zu sehen, daß die Amtsacten stets auch ordnungsmäßig, d. h. im Archivkasten hinterlegt und abgesperrt gehalten, sowie durch Verwahrung des Schlüssels seitens des jeweiligen Kirchen- und Pfründenverwalters vor Verschleppung gesichert werden. Darauf ist namentlich bei Todesfällen, aber auch bei Uebersiedlungen, jederzeit gehörig Bedacht zu nehmen.

Aber auch im Archivkasten sollen die Acten nicht unterschiedslos durcheinander liegen, sondern zunächst nach den einzelnen Verhandlungsgegenständen, und diese wieder nach den verwandten Materien chronologisch geordnet, in größeren Fasciceln zusammengefaßt (Diöc.-Bl. 1882. 1. I. Anhang zur „Amtsinstruction für Bez.-Dech.“ n. 7.) und in dem für eine Gruppe verwandter Materien bestimmten, mit entsprechender Aufschrift versehenen Fach hinterlegt werden.

Umfangreichere Verhandlungen betreffende Acten sollen geheftet oder doch mit einem eigenen Umschlagbogen, auf welchem der Gegenstand kurz vermerkt ist, versehen sein.

Ältere Acten, die entweder für die Geschichte der betreffenden Pfarre oder für ihre Rechte und Privilegien von Wichtigkeit sind, sollen, wenn deren Schrift bereits schwer leserlich oder das Papier schadhast geworden ist, genaue, wegen Sicherung ihrer Beweiskraft, eventuell auch von den competenten Stellen beglaubigte Abschriften beigelegt sein.

Ausdrücklich gewarnt wird hiebei vor unbedachtem Scartiren älterer Acten, da leider die Erfahrung zeigt, daß oft als unnütz und wertlos weggeworfen wird, was sich bei näherem Besehen als sehr wertvoll darstellt und für die Geschichte einer Pfarre von Interesse sein kann. Förmlich verboten wird aber hiemit, ältere Urkunden, sei es an Private, sei es auch an öffentliche Institute und Museen ohne Erlaubnis des Ordinariates abzugeben. Ebenso ist auch bei nur vorübergehender Ueberlassung von Acten mit aller Vorsicht vorzugehen, und ist jedesmal ein von dem Entlehner eigenhändig gefertigtes Recepiß mit genauem Vermerk des Actes und des Tages der Übernahme an Ort und Stelle zu hinterlegen und erst bei Rückgabe des Actes wieder auszufolgen.

In welche Gruppen die Materien vertheilt und wie sie sonach geordnet werden sollen, läßt sich bei der so großen Verschiedenheit derselben und den mannigfaltigen diesbezüglichen Ansichten und Angewöhnungen der Einzelnen wohl kaum näher angeben. Im allgemeinen dürfte es genügen, folgende Hauptgruppen zu unterscheiden:

I. **Pfarrre**, sowohl was die *Pfarrpfründe* (einschließlich etwaiger Beneficien oder Exposituren) als auch die *Pfarrkirche* (einschließlich etwaiger Filialen oder Kapellen) betrifft.

Entsprechende Unterabtheilungen könnten sein:

1. **Geschichtliches**: Gründung der Pfarre, Errichtung des Gotteshauses, Umfang und Grenzen der Pfarre, Patronat, besondere Privilegien, Memorialien &c.

2. **Pfründen- und Kirchengebäude**: Pfarrhof, Kaplanswohnung, Mesner- und Organistenwohnungen, Wasserleitungen, Friedhof und Todtenkammer. Neuherstellungen, Umstellungen, Restaurierungen, Bauconcurrentz-Verhandlungen, Asscuranz &c. Gebäude-Einrichtungen (Kirchenbänke, Beichtstühle, Orgel, Glocken &c.)

3. **Kirchenerfordernisse**, Paramente, gottesdienstliche Geräthe &c.

4. **Anstellung von Geistlichen**, Kirchenbediensteten (Mesner, Organisten, Todtengräber), Kirchenpropste. Fremde Geistliche (Pensionisten &c.)

5. **Klöster**, Spitäler, Waisenhäuser &c.

II. **Pfründen-, Kirchen-, und Stiftungsvermögen** mit den gleichnamigen Unterabtheilungen: Kauf und Verkauf, Tausch, Schenkungen, Belastung, Verpachtungen und Vermietungen, Grundlasten-Ablösungen, Servituten, Urbaren, alte Inventarien und Uebergabeprotokolle. Besitzstörungen und Eigenthumsklagen &c. Stiftungs-Errichtung, -Confirmierung, -Reduction &c.

III. **Pfründeneinkünfte, Gehalte der Hilfsgeistlichen und Kirchenbediensteten** mit den gleichnamigen Unterabtheilungen: Congrua-Ergänzungen, Verhepferbeiträge, Remunerationen, Interccalarbezüge, Collectur-Ablösung, Stolarbezüge, Fassionssachen und Interccalar-Rechnungen &c.

IV. **Steuern und Abgaben**: Dienstverleihungsgebühr, Einkommensteuer, Gebüren-Aequivalent, Religionsfondssteuer &c.

V. **Kirchenrechnungen und Kirchenvermögens-Verwaltung**: Anlegung, Aufkündigung oder Einklagung von Kapitalien; Ankauf und Vinculirung, Devinculirung und Verkauf von Obligationen, deren Umwandlung, Zusammen- oder Auseinanderschreibung, Interessenbehebung, Opfer, Stuhlzins, Stola, Grabstellgebühren &c.

VI. **Seelsorge**, mit folgenden Unterabtheilungen:

1. **Gottesdienst**, Gottesdienstordnung, Predigt- und Christenlehre, öffentliche Andachten (z. B. Kreuzwegandacht), Missionen, Bittgänge, Betstunden, Aussetzung des Allerheiligsten, Missa pro populo &c.

2. Die verschiedenen **Sacramente** Betreffendes, mit Ausschluß der Ehefachen und der Angelegenheiten

des *forum internum*; z. B. Religionsveränderung und bedingnisweise Taufe, Apostasie, Interconфессионаlles (Religionsbekenntnis von Kindern aus gemischten Ehen); Hebammen (Unterricht bezüglich der richtigen Spendung der Nothtaufe in den verschiedenen Fällen) &c.

3. Die verschiedenen **Benedictionen** und **Weihen**; z. B. von Kirchen, Kapellen, Friedhöfen, Kreuzweg- und anderen Bildern &c.

4. **Bruderschaften** und **Bereine**; Bruderschafts- und andere Ablässe, geistliche Privilegien (*altare privilegiatum*) u. s. w.

5. **Militärseelsorge**.

6. **Religiosität und Sittlichkeit**; z. B. verbotene glaubens- und sittengefährliche Bücher, Schriften und Zeitungen; Religionsstörung, Gotteslästerung, Gottesdienst-Vernachlässigung, Sonntagsentheiligung, Fasten (Dispensen), Unterlassung der Osterbeicht und -Communion, Trunk- und Spielsucht, sittengefährliche Zusammenkünfte, Verführungen, Concubinate, Verweigerung des Empfanges der Sterbesacramente, Selbstmord (Begräbnis) &c.

#### VII. **Ehefachen.**

VIII. **Matrikensachen** und die verschiedenen auf Grund der Matriken periodisch oder von Fall zu Fall zu erstattenden Nachweisungen, *Status animarum* &c.

IX. **Schulsachen**: öffentliche, Privatschulen; Katecheten, Religionsunterricht und religiöse Uebungen; Remuneration und Wegentschädigung; Schulbücher, Schulinspection, Lehrpersonal &c.

X. **Christliche Caritas und Armenwesen**: Kirchensammlungen, Armenstiftungen und Armeninstitute (Vermögen, Verwaltung, Rechnungen) &c.

XI. **Verordnungen**: kirchliche (Diöcesanblatt), weltliche (Landesgesetzblatt) &c.

XII. **Miscellanea**: Visitations-Erledigungen, Pfarrbibliothek, Verlautbarungen &c.

Bezüglich der **decanatsämtlichen Acten** ordnet die mehrcitirte „*Amtsinstruction*“ im § 13 an, daß sie abgefordert von jenen des Pfarramtes in einem eigenen Archivkasten wohlgeordnet, d. h. nach den einzelnen Pfarren zusammengelegt, aufbewahrt werden. Wo aber die Aufstellung eines eigenen Kastens nicht möglich wäre, dort müßte ihnen wenigstens im pfarrlichen Archivkasten ein eigenes Fach zur Verfügung gestellt werden.

8. Es erübrigt noch, auf die Nothwendigkeit aufmerksam zu machen, daß ein *Gestions-Protokoll* geführt werde, und zwar mit genauer Einhaltung der in demselben vorgezeichneten Rubriken; insbesondere also, daß darin auch der Fascikel angegeben werde, in welchem der Act hinterlegt wurde.

Bezüglich der älteren, bisher vielleicht nirgends erhobenen Acten empfiehlt sich die Anlegung von sogenannten *Regesten*, d. i. chronologisch geordneten Verzeichnissen derselben, mit kurzer Angabe des Datums, des Ortes und des

Inhaltes, eventuell auch mit Hinzufügung darauf bezüglicher anderweitig bekannter historischer Daten.

Von großer Wichtigkeit ist es endlich und daher im höchsten Grade zu wünschen, dass zum Gestions-Protokoll (und zu den Regesten) auch ein Repertorium gemacht werde. Dadurch erst wird das Archiv sofort und ohne vielen Zeitverlust Jedem, auch dem neu eintretenden Pfarrer schon benützlich — eine reiche Quelle für die Geschichte der Pfarre, die Grundlage für eine gleichmäßige Führung der pfarramtlichen Geschäfte und eine Stütze für die Wahrung der kirchlichen Rechte, wozu sich jeder Pfarrer schon bei seiner Inveſtition ausdrücklich verpflichtet.

Wolle sich daher der hochwürdige Diöcesanklerus das kirchliche Archivwesen jederzeit gewissenhaft angelegen sein lassen. Die Herren Dechante aber mögen bei Bornahme der kanonischen Visitation nicht unterlassen, auch dieser Angelegenheit ihre Aufmerksamkeit zuzuwenden.

9. Vorstehende Bemerkungen und Anordnungen sind hienüß gemäß auch auf die hier und da vorhandenen Pfarrbibliotheken anzuwenden; was deshalb ausdrücklich hervorgehoben wird, weil mancherorts wertvolle Werke, namentlich der älteren theologischen Literatur, nicht die Rücksicht finden, die sie verdienen.

## 44.

## Congrua des Cooperators.

Das k. k. Reichsgericht hat nach der am 17. Jänner 1896 unter Vorsitz Seiner Excellenz des Herrn Präsidenten Dr. Joseph Unger gepflogenen öffentlichen Verhandlung über das in der Klage des Anton Hujak, Pfarrdechanten in Nimbürg, wider das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht gestellte Begehren auf Zahlung von 5810 Gulden, bei der heutigen Verhandlung reducirt auf 5670 Gulden sammt 5 Percent Zinsen vom Klagestage und den Gerichtskosten, nach Anhörung des Herrn Dr. Joseph Porzer, Hof- und Gerichtsadvocaten in Wien, als Vertreter des Klägers, und des Herrn Dr. Joseph Edler v. Braitenberg, k. k. Bezirkscommissärs, als Vertreter des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht, zu Recht erkannt: Das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht ist schuldig dem Kläger binnen 14 Tagen bei sonstiger Execution den Betrag von 5670 Gulden sammt 5 Percent Zinsen vom Klagezustellungstage zu bezahlen. Die Gerichtskosten werden gegenseitig aufgehoben.

In den Gründen wird daran erinnert, dass der Kläger, als im Monate November 1874 der Cooperator Joseph Peterka seiner Pfarre zugetheilt wurde, von der k. k. Statthalterei den Auftrag erhielt, dem Cooperator den Gehalt aus seinem (des Klägers) Pfründeneinkommen zu bezahlen. Da seinen dagegen gerichteten wiederholten Vorstellungen vom k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht keine Folge gegeben wurde, war er genöthigt, seit November 1874 seinem Cooperator die Congrua im Betrage früher von jährlich 210 Gulden und seit 1. Jänner 1886 im Betrage von jährlich 350 Gulden aus seinem Pfründeneinkommen zu bezahlen. Der Kläger behauptet, dass die Verpflichtung zur Zahlung der in Rede stehenden Congrua nicht ihm, sondern dem Religionsfonde obliege, erachtet sich daher für berechtigt, den Ersatz jener Beträge zu verlangen, die er an Stelle dieses Fonds gezahlt hat und welche sich auf die bei der heutigen Verhandlung richtiggestellte Gesamtsumme von 5670 Gulden belaufen.

Ausschlaggebend für die Entscheidung des vorliegenden Streitiges ist mithin die Lösung der Frage, ob zur Zahlung der Congrua des der Pfarre Nimbürg zugetheilten Cooperators Joseph Peterka der Kläger oder der Religionsfond verpflichtet sei.

Weder nach dem canonischen Rechte, noch nach dem österreichischen Staatskirchenrechte, wie es bis zum Congrua-gesetze vom 19. April 1885 (R. = G. = Bl. Nr. 47) bestand, noch endlich nach diesem letzteren besteht eine allgemeine, grund-

sätzliche Verpflichtung des Pfründeneinkommensbesizers, den Gehalt seines Hilfspriesters aus dem eigenen Einkommens-Ueberschusse zu bezahlen. Diese Verpflichtung lastet nur dann auf dem Pfründeneinkommen, wenn ein specieller Verpflichtungsgrund hiezu vorliegt.

Was nun die Pfarre Nimbürg anbelangt, so bestand bei derselben bis zum Jahre 1789 ein Hilfspriester. Es ist unbestritten und ergibt sich aus dem von dem damaligen Pfarrdechanten unterschriebenen Commissions-Protokolle ddo Nimbürg, 1. August 1789, dass dem Pfarrdechanten die Verpflichtung oblag, den Hilfspriester zur Gänze aus dem Einkommen der Pfründe zu erhalten. Nachdem das Dominikaner-Kloster in Nimbürg aufgehoben worden und hiemit die früher von den Conventualen desselben in der Seelsorge geleistete Aushilfe entfallen war, ergab sich die Nothwendigkeit, eine andere Aushilfe in der Seelsorge zu schaffen. Es wurde daher bei der Pfarre Nimbürg eine zweite Hilfspriesterstelle geschaffen, und die Congrua des betreffenden Cooperators per 200 Gulden C.-M. aus dem Religionsfonds flüssig gemacht.

Es bestanden demnach damals zwei Hilfspriester bei der Pfarre Nimbürg, von denen der eine seine Congrua aus dem Pfründeneinkommen, der andere aus dem Religionsfond bezog.

Im Jahre 1856 ist jedoch der damalige Dechant um die Bewilligung eingeschritten, die Dotierung des bis dahin aus dem Pfründeneinkommen gezahlten Cooperators auf das hinreichende Vermögen der zur Nimbürger Pfarre gehörigen Beileiber Filialkirche überweisen zu dürfen, und es wurde diesem Ansuchen auch mit dem Erlasse der k. k. Statthalterei in Prag vom 13. August 1856 Folge gegeben.

Hiedurch wurde der Pfarrer in Nimbürg von der ihm bis dahin obliegenden Verpflichtung, einen Cooperator aus seinem Pfründeneinkommen zu erhalten, befreit, und diese Entlastung dauerte auch dann noch fort, als 1865 die Pfarre in Beileib wieder errichtet und in Folge dessen die zweite Hilfspriesterstelle bei der Pfarre Nimbürg nicht mehr besetzt worden war, da die k. k. Statthalterei dem bei der Pfarre Nimbürg verbleibenden Hilfspriester die Dotation aus dem Religionsfonde bis zum Jahre 1874 anstandslos auszahlte.

Als der Kläger im November 1871 sein Amt als Dechant von Nimbürg antrat, bezog der damals der Pfarre Nimbürg zugetheilte Cooperator Bogdan Bergmann, welcher als solcher seit dem Jänner 1869 dort functionirte, seinen Gehalt aus dem Religionsfonde, und der Kläger übernahm daher sein Amt ohne irgend eine Verpflichtung, den Cooperator

aus seinem Pfründeneinkommen zu erhalten. Auch als im J. 1872 der Cooperator Bergmann nach Jungbunzlau übersiedelte und der Cooperator Fr. Mendlik der Pfarre Nimburg beigegeben war, bezog Letzterer gleichfalls seinen Gehalt aus dem Religionsfonde. Erst als 1874 der Cooperator Mendlik Nimburg verließ und statt seiner der Cooperator Josef Peterka bestellt wurde, wurde die bis dahin aus dem Religionsfonde gezahlte Dotation des bei der Pfarre Nimburg verbliebenen einzigen Hilfspriesters mit dem Statthaltereierlasse vom 11. November 1874 eingestellt und der Kläger angewiesen, dem Cooperator den Gehalt aus seinem Pfründeneinkommen zu bezahlen.

Da aber zur Zeit, als der Kläger als Pfarrer von Nimburg installiert wurde, das Pfründeneinkommen der Pfarre mit der Verpflichtung, aus demselben den Gehalt des Cooperators zu bestreiten, nicht belastet war, konnte ihm diese Ver-

pflichtung, durch welche das beim Antritte seines Amtes mit demselben verbundene Einkommen geschmälert wurde, nachträglich nicht einseitig auferlegt werden, und er war berechtigt zu verlangen, daß die Congrua seines Cooperators auch weiterhin aus dem Religionsfonde bezahlt werde.

Wenn er daher in die Nothwendigkeit versetzt wurde, die Congrua seines Cooperators aus seinem Pfründeneinkommen zu bezahlen, so hat er allerdings eine Zahlung geleistet, welche dem Religionsfonde oblag, und ist mithin berechtigt, den Ersatz der geleisteten Zahlungen im richtiggestellten Gesamtbetrage von 5670 Gulden zu verlangen, weshalb hinsichtlich dieses Betrages dem Klagebegehren stattgegeben wurde.

Die Gerichtskosten wurden gegenseitig aufgehoben, weil bei der Zweifelhaftheit des Falles das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht allerdings Grund haben konnte, es auf eine richterliche Entscheidung ankommen zu lassen.

## 45.

## Konkurzní razpis.

Razpisane so sledeče župnije: Ambrus v žužem-berški dekaniji, Sv. Helena v moravški dekaniji, Leskovic v loški dekaniji, Gora v idrijski dekaniji; Grad in Koprivnik v radovljíski dekaniji, Čermošnjice v novomeški dekaniji in Godovič v idrijski dekaniji.

Prošnje za prve štiri župnije je obrniti na visoko c. kr. dež. vlado v Ljubljani; one za Grad in Godovič

na visokočastiti knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani, one za Čermošnjice na svitlega kneza Karola Auerperga in one za Koprivnik na slavno lastništvo patronskega posestva Veldes.

Zadnji rok za vlaganje je 12. december 1896.

## 46.

## Škofijska kronika.

Kanonično premeščeni so častiti gospodje: Alojzij Pehani na župnijo Knežak, dné 13. oktobra; Valentin Bergant na župnijo Mirna Peč, Vincencij Polaj na župnijo Reteče, Frančišek Dolinar na župnijo Ribnica in Peter Bohinjec na župnijo Horjul, dné 27. oktobra; Valentin Aljančič na župnijo Jesenice, dné 29. oktobra, in Frančišek Krek na župnijo Vranja Peč, dné 3. novembra 1896.

Sledečim častitim gospodom podeljene so župnije: Jožefu Lavrič župnija Brusnice, Jožefu Lavtižar župnija Rateče in Lovrencu Gantar župnija Vrhnika; dr. Ignacij Žitnik pa je podeljen baron Rauberjev beneficij pri stolni cerkvi v Ljubljani.

Častiti gospod Frančišek Štupica, župnik pri sv. Heleni, je stopil v stalni pokoj.

Premeščeni so čč. gospodje kapelani: dr. Aleksij Ušeničnik iz Stare Loke kot korni vikar in stolni kapelan v Ljubljano, Frančišek Dimnik iz Leskoveca na Trebelno, Rafael Winkler iz Mirne na Leskovec, Jožef Mencinger iz Trebelnega v Mirno, Viktor Steska iz Kočevja k sv. Jakobu v Ljubljano, Frančišek Finžgar iz Jesenic v Kočevje in Janez Oblak od sv. Jakoba v Ljubljani kot župni upravitelj v Grad.

Umrla sta častita gospoda: Mihael Dobravec, vpokojeni duhovnik škofije tržaške v Nemških Rovtah na Gorenjskem, dné 26. oktobra in Anton Jakšič, vpokojeni župnik v Kandiji pri Novemestu, dné 2. novembra 1896.

Priporočata se v molitev častiti duhovščini.

Knezoškofijski ordinarijat ljubljanski, dné 30. oktobra 1896.